

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1753**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](#)

Tab. V. AVS. tria DI. vi FERD. inandi I.  
CÆ. saris AVG. usi PII. FEL. icis  
FIL. ia æc. (cetera). Effigies  
amborum obversis non nihil vul-  
tibus. ALBERTUS a dextris, a-  
perto capite, barbatus, collari  
instructus, armatus, torquem  
aurei velleris gestat. A sinistris  
ANNA uxor, capite vitta, &  
fronte tænia cincto, cum col-  
lari. In medio parma, *Bava-  
riæ Austriaque* insignia referens.

Numisma hoc iconicum post  
25. Iulii anno 1564. quo scili-  
cket FERDINANDUS ad plures abi-  
it, cusum videtur; cum eidem  
*Divi* titulus tribuatur: quan-  
quam illud eius rei haud qua-  
quam indubitatum argumentum  
esse, ex alibi dictis (a) explo-  
ratum habeamus. *Pii felicis* ti-  
tulus in nummis antiquis inde a  
COMMODI temporibus frequen-  
tus, atque labente Imperio om-  
nibus Augustis datus, rarer est  
in nummis Austriae. *Ibid.*

### MARIÆ NUMMUS

LXXXI.

MARIA LEONORA DVCISSA.  
ÆT. atis XVI. Protome MARIÆ,  
pro more seculi egregie comptæ,  
& sinistrorum conversæ.

GVILELM. us DVX. IVLIAE  
CLEVIÆ MONT. ium. Protome  
Ducis armata, capite nudo, ad  
lævam converso.

Ex ætatis anno, titulis MARIÆ addito, ætas quoque num-  
mi atque argumentum eruitur.  
MARIA enim anno 1531. die  
xv. Maii nata, anno 1546.  
die xviii. Iulii, quo WILHELMO  
Duci Iuliaci Cliviæ & Mon-  
TOM. II. P. II.

(a) P. 1. huius Nummoothecæ p. 6.  
(b) Gynecæo Austr. l. c. p. 214.

tium Ratisbone matrimonio iun- PROLES  
cta, annos a nativitate sua quin- FORMI-  
decim cum binis mensibus nu- NEÆ  
merabat, atque adeo ætatis an- FERDI-  
num xvi. iam agebat, secus ac NANDI  
R. P. GANS, eam anno ætatis I. IMP.  
quinto & decimo nuptam fuisse  
refert (b). M. Imp. ar. pond. b  
2. unc. & T. H.

### MAGDALENÆ NUMMI.

LXXXII.

MA g DALENA FERDI. nandi Tab. VI.  
PRI. mi FIL. ia AN. no M DL XI.  
Protome MAGDALENÆ vittatae  
cum collari, parvo pileo in ca-  
pite, binis cruciculis e pectori  
dependentibus, ad lævam con-  
versa. M. Imp. ar. pond. I. unc.  
M. Buol. ex statano fus. & in  
T. H.

LXXXIII.

Adversa inscriptione destitu-  
ta, effigiem MAGDALENÆ vit-  
tatae & a fronte velut velatae  
exhibit, cum collari & parvo  
pileo in capite, a dextris fini-  
strorum.

In aversa statua S. PETRI  
Apostoli, stolati, cum nimbo in  
capite, dextra clavem, sin. li-  
brum tenentis, basi imposita,  
adiectis hinc inde litteris s antus  
petrus.

MAGDALENAM S. PETRO  
singulari cultu deditam fuisse,  
testatur R. P. GANS in *Gynecæo*  
(c), ubi tamen ei perperam no-  
men MARGARITHÆ attribuit.

Videri posset, nummum si-  
gnatum fuisse, postquam reli-  
giosum MAGDALENA institutum

F am-  
(c) Libr. xi. cap. iv. pag. 218.

**PROLES  
FOEMI-  
NEÆ  
FERDI-  
NANDI  
I. IMP.** amplexa fuit; quippe quæ sine  
omni cultu hic repræsentatur.  
Sed cum soror eius **ELISABETHA**,  
Poloniæ Regina, eodem prorsus  
habitu appareat (a), nihil inde  
statuendum videtur. **M. BUOL.**  
**pl.**

### CATHARINÆ NUMMUS.

#### LXXXIV.

**CATHARINA. d. ei gratia RE-**  
**GINA. POLONIAE.** Protome **CA-**  
**THARINÆ** adversa fronte, in sto-  
la, gemmis & unionibus magni-  
fice exornata, cum collari, par-  
vo pileo & vitta in capite. Ad  
pectus torques observatur, a qua  
nescio quid, a lunæ bicornis spe-  
cie parum discedens, dependet.  
**T. H.**

Huic nummo adiungimus  
alium, ex iisdem **HERÆI** tabu-  
lis eductum, qui ferme præter-  
missus, in supplementa reiicien-  
dus erat (b). Videtur autem  
eadem **CATHARINA** esse, pileo-  
lum gestans in capite, capillis  
nodo constrictis.

Inscriptio, singulis litteris in  
umbone expressa, paullo obscu-  
rior, forte hunc in modum ex-  
ponenda est: *c. atharina a. rchi-  
dux a. ustriae v. irgo kasta p. ia.*  
**T. H.**

### ELEONORÆ NUMMI.

#### LXXXV.

**LEONORA DVCISSA MANTVÆ.**  
Protome **ELEONORÆ** cum pre-  
tiosa stola, crispato collari, pi-  
leolo & vitta non minus pretio-  
sa in capite, dextrorsum con-  
versa. Inferius sub axilla eius

(a) Supra num. LXXVII. & LXXVIII.

sinistra numerus anni 1561. le-  
gitimatur. <sup>tab. vi.</sup>

Hoc ipso nimirum anno **E-**  
**LEONORA WILHELMO de Gonza-**  
**ga,** Ducis Mantuæ matrimonio  
elocata est, ut in breviario vitæ  
eius diximus. **M. Imp. ar. pond.**  
**sesquiunc. absq. postica.**

#### LXXXVI.

**LEONORA FERDIN. andi PRI-**  
**MI. IMP. eratoris FIL. ia 1561.**  
Caput Ducis vittatum & pilea-  
tum, ad humeros cum collari,  
a dextris sinistrorum.

Annus adscriptus docere vi-  
detur, huic quoque nummo ce-  
lebratas nuptias occasionem præ-  
buisse. **Ibid. ar. pond. 1. dr. sine**  
**postica.**

#### LXXXVII.

**LEONORA GVLIEL. mi d. ucis**  
**MAN. tue m. archionis m. ontis**  
**f. errati z (cetera.) VXO. r FER-**  
**dinandi p. rimi IM. peratoris FI-**  
**lia.** Effigies Archiducis eodem  
habitu, quo sororem eius **MAG-**  
**DALENAM** num. LXXXII. con-  
templati sumus, dextrorsum ta-  
men conversa. **Ibid. ar. pond.**  
**3. dr.**

#### LXXXVIII.

**GVLIELMVS. DVX. MANTVE.**  
**III. ET. MAR. chio m. ontis f. er-**  
**rati.** Protome Ducis, venusta  
facie, in toga cum collari cri-  
spato, capite nudo, sinistrorum  
fito.

Aversa num. LXXXV. respon-  
det. Sub axilla annus 1561.  
iterum occurrit; unde conclu-  
ditur, etiam hunc nummum es-  
se nuptiale. **T. H.**

#### BAR.

(b) Suppl. num. 1. in calce.

## BARBARÆ NUMMUS.

## LXXXIX.

BARBARA AVSTR. *iaca* ESTEN.  
sis 1565. Protome BARBARÆ vittatæ & pileatæ, cum collari & pretiosa stola, capite ad lævam respiciente.

BARBARA FERDINANDO octavo loco genita, Duci Ferrariae & Mutinæ ALPHONSO II. matrimonio anno 1565. patre iam extincto, iuncta fuit: quam æram cum nummus præferat, occasione nuptiarum dicatus fuisse videtur.

Edidit quoque hunc typum Cl. HERÆUS in tabula genealogica familie *Atefina* Ducum Mutinæ, & in tabulis Gentis Austriacæ, unacum effigie ALPHONSI mariti: sed typus eius de alio numismate maioris formæ sumptus, & huic iunctus fuit. *M. Imp. ar. pond. I. unc. sine postica.*

## IOANNÆ NUMMI.

## XC.

IOHANNA. FERD. *inandi* PRIM. i IMP. *eratoris* FILI. a ANN. o M.D.LXI. Protome IOANNÆ eodem vestimenti genere, quo num. LXXXVII. ELEONORAM vidi mus.

Quintus iam in hac tabula nummus est, qui numerum anni 1561. præfert; id, quod non levem nobis suspicionem movet: aut singulos, aut aliquos saltem ex iis inter restitutos esse accensendos; cum credibile haud sit, ut hæ Principes in diversis orbis partibus tum versantes, diversumque vitæ genus agentes, uno eodem.

Tom. II. P. II.

que anno nummis, sibi tam si PROLES milibus, & in quibus eodem FOEMI- NEÆ prorsus habitu: cum alias nu- FERDI- ptis, innuptis alias conveniat, NANDI representantur, honorati fuerint. I. IMP. Accedit, quod FERDINANDI nomini numerus *primarius* addatur, et si orbis, dicto anno, secun- dum hoc nomine Imperatorem haud viderit; quod saltem iis temporibus minus ex usu erat, ut ex nummis præcedentibus e- vincitur. Quare nummos sal- tem, numeris LXXXII. LXXXVI. LXXXVII. & xc. depictos, dicto anno haud æquales esse arbitramur. *Ibid. ar. pond. semunc.*

## XCI.

FRANCIS. *cus* MEDICES FLO- REN *tæ* ET SENAR. *um* PRINCEPS. Caput Ducis ad medium pectus, cum lorica squammata, palu- damento, & crispato collari, capite nudo ad lævam converso, cum prominente nonnihil barba.

IOANNA PRINC. *eps* FLOREN. *tæ* ET SENAR. *um* ARCHIDUC. *issa* AVSTRIAЕ. Caput vittatum, sinistrorum conversum.

Hunc nummum, ex gazis Au- lœ Vindobonensis eductum, edi- dit quoque HERÆUS in tabulis suis de familia Medicæa: cufus is est vel occasione nuptiarum, anno 1565. celebratarum, vel tempore subsecuto. *Ibid. ar. pond. I. unc.*

## XCII.

FRANC. *iscus* MED. *ices* MAG. *nus* DVX. ETRURIÆ II. Protome Ducis armata, capite nudo & nonnihil aduerso, cum lato pla- noque collari, ab humeris cru- cicula dependet, quæ est Ordinis S. STEPHANI, a COSMO I. Medi- ceo anno 1560. instituti.

F 2

IOAN-

PROLES  
FOEMI-  
NEÆ  
FERDI-  
NANDI  
L. IMP.

IOANNA AVSTRIACA MAGNÆ  
(pro magna) DVCISS. & ETRU-  
RIÆ. Protome IOANNÆ cum  
stola, collari crispato, capite in-  
flexis unionibus & gemmis ex-  
ornato, & ad lævam composi-  
to: dependente præterea ab hu-  
meris duplice catena, ex unioni-  
bus confecta, & lapide pretioso  
conspicua. *Antica ex gazis*  
*Aula Vindob. ar. pond. 1. unc. 2.*  
*dr. Postica ex T. H.*


## XCIII.

IOANNA. AVSTRIACA. MAG.  
na DVX. ETRURIAE. Protome  
IOANNÆ in stola, cum collaris,  
& torque ex unionibus, collum  
pariter ambiente, capite vitta-  
to, dextrorsum respiciente.

In aversa, aquila supra nu-  
bes evecta, & ad altiora demum  
volare nisa, duos pullos unguibus  
tenet; aliis duobus alis insisten-  
tibus, cum mediis pectori in-  
haret; additur epigraphe: AD.  
ETHERA.

Si quis numisma hoc pro  
symbolico habere velit, dicet


forte: *aquila patrem FERDINAN-* Tab.VI.  
*DUM I. Cæsarem, quinque vero*  
*aquilarum pullis, vetus, quod*  
*vocant, Austriae insigne deno-*  
*tari. Sed malumus rem per con-*  
*secrationis speciem interpretari;*  
*IOANNA quippe FERDINANDI I.*  
*Imp. filia, nata Pragæ 1547.*  
24. Ian. nupta Magno Duci E-  
truriae FRANCISCO 1565. mense  
Novembris, genuit filios duos,  
& totidem filias, ac decepsit  
cum quinta prole in partu 1578.  
FRANCISCUS vero maritus ad se-  
cunda vota transiit. Quare cre-  
dibile est, nummum hunc fu-  
nebrem in honorem IOANNÆ &  
defunctorum prolium, iussu Ma-  
gni Ducis percussum fuisse. Ita-  
que in hoc nummo per aquilam,  
mater IOANNA, Imperatoris fi-  
lia: per pullos, unguibus su-  
stentatos, & alis insistentes, li-  
beri quatuor, morte prius ab-  
repti: per pullum vero pectori  
inharentem, proles, quæ mor-  
tis caussam matri attulit, adsi-  
gnificantur. *M. Buol. ar. fus.*



## MAXIMILIANUS II. IMP.

## BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

MAXIMI-  
LIANUS  
II. IMP.  
Tab. VII.  
scq.



MAXIMILIANUS II. FERDINANDI I. Imp. filius,  
Vindobonæ anno 1527. Cal. Aug. prognatus,  
pueritiæ annos in Hispania exegit, mutuaque æmu-  
latione cum PHILIPPO, CAROLI Cæsaris filio, ani-  
mum bonis artibus imbuendi sedulam navavit ope-  
ram; eo quidem successu, ut omnium in se converteret animos,  
atque annos unum supra vigesimum nondum egressus, a Bohe-  
miæ Ordinibus Rex ultro peteretur, designareturque (5.).

Prima rei militaris tirocinia in bello Gallico, a patruo CA-  
ROLO V. gesto, admodum adolescens anno 1544. posuit (1. 2.):  
eundem non multo post in bello quoque Schmalkaldico comitatus.

Eo

Tab. VII. Eo feliciter confecto comitia Augustana anno 1547. solemnis oratione auspicatus, indeque in Hispaniam missus, iuncta sibi matrimonio MARIA, CAROLI V. filia (8 - 11.), Hispanica regna per tres annos pro Rege administravit. Hinc anno 1551. revocatus in patriam (5.), *Passavensis pacis* honorem sapientibus consiliis suum maxime fecit.

Secundum hæc altiores, immo altissimos humanæ dignitatis gradus concedit MAXIMILIANUS, eo quidem fortunæ obsequenti suffragio, ut illum orbis UNO, seu nondum elapsi ANNO REGEM BOHEMIÆ (6 - 11.) VNCTVM ROMANVM (12 - 14.) VIDERET, ET VNGARICVM (15.).

Ad pacis quam belli artes proclivior: Germaniæ statum, dum imperabat, tranquillum conservavit. At in Hungaria a SOLYMANNO, Turcarum Tyranno, anno 1566. armis petitus, collectis nonnullis in principio de hoste palmis (18.), exitum non æque gloriosum vidit. Nam et si collectis undique non modicis copiis, in comitiis quoque Augustanis, quibus præsens ipse intererat (17.) auxilia impetrasset, quanta ante nulli Imperatorum decreta fuere: atque adeo ingenti rei bene gerendæ spe concepta (19.), in castra ipse profectus esset: quia tamen bellum, a suis ita persuasus, sustinere, quam inferre malebat, fructum expeditionis longe infra exspectationem tulit.

Demum sub vitæ finem a Polonis Rex postulatus, dum moram diutius trahit, STEPHANO BATHORIO, rivali suo, locum, regnum illud adeundi, facit (23.). Ille vero valetudine, qua diu adversa usus erat, fractus, Ratisbonæ in ipsis comitiis, anno 1576. die XII. Octobris (25. 26.) vitam cum morte commutavit: anno proxime infuscato Pragæ sepultus (27 - 29.).

Princeps erat longiori vita adprime dignus, ut qui omni virtutum genere, tum eruditione quoque singulari, plurimarumque linguarum cognitione probe excultus (8. 11.) orbem prudentia & æquitate (26.) rexit, velut alter TRAIANUS elogio OPTIMI PRINCIPIIS, etiam post fata, iure optimo (26. 28.) honoratus.

Pro familiari symbolo aquilam pingi iussit, globo terrestri insistentem, adiecta sententia, Christiano Principe imprimis digna: DOMINUS PROVIDEBIT (21. 41.) id quod non raro alio etiam modo (14. 20.) exprimitur.

Ex MARIA coniuge (8. 11. 16. 29.), quæ unacum eo Regina Bohemiæ (9. 10.) coronata fuit, liberos non pauciores, quam FERDINANDUS pater eius ex ANNA, id est, quindecim numero utriusque sexus, sustulit, quorum nummos, quotquot nimicum collegimus, suis locis dabimus.

In nummis tam mnemonicis, quam iconicis multoties cum eadem sua coniuge (8. 11. 16. 22. 29 - 35.) sistitur, nec raro cum FERDINANDO patre (6. 31 - 35.) ac denique tum CAROLO V. cui in deliciis erat, & PHILIPPO II. Hispaniarum Rege (34. 35.) repræsentatur.

MAXIMI-  
LIANUS  
II. IMP.

Ex nummis eius usualibus paucos producimus (37-45.) Tab. VII.  
variis in provinciis, quarum quidem tesseras exhibent, signatos.  
De his nihil admodum reliquum est, quod modo speciatim mo-  
neatur. *Vid. plura apud STRUV. sepe laudatum, SCHARDIUM*  
*Tom. III. & IV. reliquos.*

### NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

#### I.

Tab. VII. MAXIMILIANVS. V: on G: ottes  
G: naden ERZHERCZOG ZV OST-  
ERREICH. ZC. (*et cetera*) ÆTA.  
tis 16. i. e. MAXIMILIANUS *Dei*  
*gratia Archidux Austriae, etatis*  
16. Effigies MAXIMILIANI,  
iuvenili admodum facie, cata-  
phracta muniti, accisis capillis,  
sinistrorum conversa.

Nummus hic honori Princi-  
pis iuventutis, cum sextum de-  
cimum ætatis annum ageret, at-  
que ex Hispania, ubi artium  
disciplinis, Imperatoris filio di-  
gnis, operam navabat, rediis-  
set, datus est: nimirum anno  
Christi 1543.

Cataphractus depingitur; non  
solum, quod prima in arte bellica  
tirocinii rudimenta iam deposue-  
rat: sed etiam, ut credibile est;  
quod a CAROLO Cæsare, patruo  
suo, in annum sequentem, co-  
mes expeditionis, adversus Gal-  
lum suscipienda, destinatus fue-  
rat, ut amplius dicemus ad num-  
mum mox sequentem. M. Imp.  
ar. pond. 1. unc. sine postica.

#### II.

Eadem, quæ in precedenti  
nummo, inscriptio, paucis lit-  
teris, ad maiorem verborum in-  
tegritatem, unacum æra Christi  
1543. adiectis. Protome Ar-  
chiducis cataphracta, dextror-  
sum conversa.

(4) In Orat. de MAXIMIL. II. apud CHYTR.

Eodem nimirum habitu, quo  
in præcedenti nummo, sistitur  
MAXIMILIANUS: scilicet ut mi-  
les, armis suis instructus; quip-  
pe qui non multo post in bel-  
lum profecturus erat: qua de re  
Illustr. Baro de POLHEIM (a). a  
Primum in re militari tirocinium  
fecit MAXIMILIANUS bello Galli-  
co, anno 1544. & postea Germa-  
nico, quod CAROLUS Cesar ad-  
versus Principes aliquot & civi-  
tates Imperii confederatos anno  
1546. suscepit, in quo a latere  
Imperatoris patrui sui ille nun-  
quam discedens, magni & fortis  
animi, ac virtutis heroice docu-  
menta illustria edidit, & praci-  
pui consiliis & actionibus in bel-  
lo & parta victoria, in receptio-  
ne supplicum interfuit. M. Imp.  
ar. pond. 1. unc. sine postica.

#### III.

MAXIMILIANVS. D. ei G. ratia  
ARCHIDVX AVSTRIÆ. ÆTAT. is  
SVE. 20. Effigies Principis dex-  
trorum spectans, cum ordinis  
aurei velleris insigni, ab hume-  
ris dependente, nudato capite.  
Inferius sub brachio eius sinistro  
numerus anni 1548. legitur.

Aversa crucem exhibit Bur-  
gundicam, in cuius quatuor an-  
gulis totidem interposita sunt  
aurei velleris ignitabula, fulgen-  
tibus flammulis, absque epi-  
graphe.

Confecto bello Schmalkaldi-  
co CAROLUS v. Imp. sub Idus  
Iunii  
p. 631. citante STRUV.